



**Vademecum Sive Praxis Opera Quotidiana Aliaque ritè
peragendi, & per ea salutem & perfectionem propriam, ac
proximi, instituto Societatis Jesu conformem assequendi**

De operibus solidæque devotionis exercitiis, quæ vel quotidie non
peraguntur, ves fusiore indigent explicatione, quomodo cum majori fructu
peragi possint

Limpens, Ferdinand

Coloniæ Agrippinæ, 1744

Pro omni gradu Ecclesiæ.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54780)

quibus preces effundere decrevimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis tuis, pietatis tuæ clementiâ, omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Dominum, &c.

Purificent nos quæsumus omnipotens & misericors Deus Sacramenta, quæ sumpsimus, & intercedentibus omnibus Sanctis tuis præsta, ut hoc tuum Sacramentum non sit nobis reatus ad pœnam, sed intercessio salutaris ad veniam, sit ablutio scelerum, sit fortitudo fragilium, sit contra omnia mundi pericula firmamentum, sit vivorum atque mortuorum fidelium remissio omnium delictorum. Per Dominum, &c.

Pro omni gradu Ecclesiæ.

Omnipotens sempiternæ Deus, cujus spiritu totum corpus Ecclesiæ sanctificatur & regitur. Exaudi nos propitius pro universis ordinibus supplicantes; ut gratiæ tuæ munere ab omnibus tibi gradibus fideliter serviatur. Per Dominum, &c.

Pro congregatione & familia.

Defende quæsumus Domine, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente istam ab omni adversitate familiam, & toto tibi corde prostratam ab hostium propitius tuere clementer insidiis. Per Dominum, &c.

Pro quacunque necessitate.

Sumpsimus Domine sacri dona mysterii humiliter deprecantes, ut quæ in tui commemora-